



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Gasparis Barzaei Belgae E Societate Iesv: B. Xaverii
In India Socij**

Trigault, Nicolas

Coloniae, 1611

XI. De Gasparis eo tempore concionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45183

340 VITAE GASP. BARZAE I
tricum in publico lupanari multi-
tudo. Ad eas igitur iuuandas animū
adiecit. Et quanquàm initiò in suis
sordibus obfirmatæ iacerent: con-
stantiatamen Gasparis earum per-
cinaciam vicit, atque breui ad cen-
tum conuertit, earumque deinde
pudicitiam, vel maritis custodien-
dam, vel matronis spectatæ virtutis
commendauit. Summoperè autem
curabat, ne inopiâ ad scelus adige-
rentur, & frequenti piorum nume-
rum exercitatione foedas illis ex a-
nimo species eximebat; tum verò
concionibus adesse iussas sæpè cum
reliquis in suorum criminum de-
testationem & lacrymas exciebat.

CAPVT XI.

*De Gasparis eo tempore con-
cionibus.*

NON iam ago de multitudine
concionum, ac varietate, sed
de fructu & approbatione.
Concionabatur, vt sæpè dictum est,
penè continuò. Itaque quodam die
visus

visus est in ea re sibi nimius, in ea
 potissimum Collegij & ciuitatis
 distantia, & hiberno cælo, quo pro-
 pter imbres verebatur, ne populo
 esset onerosus; ac etiam, ne tandem
 aliquando his aquis eorum feruor
 refrigesceret. Igitur statuit omninò
 modum aliquem ponere, & aliquot
 detruncare. Consilium suum ape-
 ruit concioni, monens eos, quòd
 hoc tempore labori eorum parce-
 ret, & conciones aliquas omitteret.
 Non tulit hoc circumfusa concio,
 sed murmure primùm, deinde etiã
 apertè primarij ceterorũ nomine
 reclamari. In ijs erat, qui Sodalitio
 Misericordiæ præerat, qui Patrem
 interpellans palàm rogauit, omni-
 nò vt rationem imbrium nullã ha-
 beret; ac si quidem ipsi non esset ni-
 mis onerosum, potius adderet, quã
 minueret. Hanc illius interpella-
 tionem cetera turba secundo mur-
 mure, & assurgendo comproba-
 runt. Itaque annuit Gaspar, quo-
 niam ita vellent; atque in posterum
 quidem, cum pluuium esset cœ-
 lum,

lum, tum maximè diluuium cōcionis in ædem sacram redundabat: nã ne fortasse Gasparem sua culpa in simile consilium reuocarent, eò potissimùm tempore constituebant diem sollemnem in condensis vsque ad cornu altaris.

*Fructus
concio-
num.*

De concionum verò fructu acturus, hoc necessariò præfabor, me omninò pauca non eorum solùm quæ contigerunt, sed etiam quæ ad nos peruenerunt, hoc capite dicturum, rerum multitudine & similitudine, vt aliàs frequenter, persuasum. Magna erat Goæ mulierum ac puellarum in sacris locis frequentia; ac tum cùm necessariò sine nota abesse non poterant, tantus erat luxus ac pompa, vt abesse omninò, quàm sic in diuinum conspectum venire, præstaret. In eam rem Gaspar inuectus, magnam omninò rerum permutationem inuexit. Iam enim multæ nudis pedibus, vili pallio tectæ non infimæ notæ ventitabant; reliquæ multum de vestium luxu posuerunt. Ac semel cum Gaspar il-
lud

Ind Ifaiæ: Eleuatæ sunt filiæ Sion,
 & ambulauerunt extento collo, ex-
 pofuiffet, atque de fingulis ornamē-
 tis cum Propheta differuiffet; quæ-
 dam fuas fortunas omnes in exftru-
 endum Cœnobium obtulit. Alia
 porrò imprudenter quidem, fed ta-
 men ita in fe fœuijt, vt à morte non
 multum abfuerit; aliæ multæ fre-
 quenti confeffione & communione
 ceterisq̃ue vitæ munijs, fanctitatem
 & propè religiofam austeritatem
 æquabant. Atque hæc omnia ex con-
 cionibus resultabant: nam à collo-
 quijs mulierum, etiam B. Xauerij in-
 ftituto & fuo ingenio, ferè abftine-
 bat, ratus, tempus fi non teri, faltem
 in viros vtilius poffe collocari. De
 lufu, iuramentis, odijs, &c. nullus
 effet finis; & mox alio capite eius
 generis quædam alia occasione di-
 cenda erunt. hoc non omitten-
 dum.

Venerat per eos dies Cellani Re-
 gis Idalcani legatus, Pandita dictus,
 ad Proregem, is ab eo petijt, vt quo-
 niam de Gaspere multa audierat,

concionantem audire liceret; erat enim Lusitanæ linguæ peritus. Annuit Prorex, & Gasparem rogauit, vti proximo die sacro verba facere ne grauaretur. Iam dies aduenerat, & cœperat Gaspar, cum intrauit Legatus. Ac tum fortè Gaspar hæc Exodi verba exponebat: Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est: quæ cū audiret, multum dubitauit, an pedes à Gaspare exuere (quod illis sollemne est) iuberetur. Itaque iam se parabat; sed monitus ad eum audiendum processit: quem auditū magis etiam suscipere cœpit, donec alijs congressibus superatus dedit manus, fidem nostram suscepit, & sollemni ritu baptizatus, Antonius est appellatus.

Sed antequam à concionibus recedamus, peculiarem tractationem requirit sextæ feriæ concio, tot laudibus eo tempore exornata. Hæc iam, antequam Armuziam peteret Gaspar, Goæ instituerat, eius in India primus auctor, eamque, cū rediisset

dijsset, admodum celebrauit. Por-
 rò fiebat in hunc modum: Feria
 sexta sub horam à meridie quar-
 tam, campano ære (quod etiam Gas-
 par curauerat) signum ad concionē
 dabatur; & tantus erat populi con-
 cursus, vt augeri templum oportu-
 erit. Concurrerant è vicinis locis
 multi, ad duas ferè leucas, qui pri-
 diè in ciuitatem veniebant, locum
 die sequenti maturè capturi. Tum
 deinde in pulpitem Gaspar conscē-
 debat, ac pronunciatō themate,
 quod erat semper istud: Multa fla-
 gella peccatoris; vna ferè hora de
 diuina misericordia, de iustitia, de
 peccatis, de pœnitentiâ, verba fa-
 ciebat: quâ expletâ, caput aliquod è
 Christi passione magno animi spi-
 ritu tractabat, ac tum incensis col-
 loquijs & Christiana eloquentia
 tantas lacrymas ciebat, vt præ plan-
 ctu necessariò silendum ei esset. Ita-
 que ipse quoq; positus in pulpito ge-
 nibus, lacrymis indulgebat; popul⁹
 verò pectus tundens & suspirans
 lapidea corda mouisset. Tum eo in

*Sollēnis
 concio de
 passione
 instituta.*

motu sese flagellantium pōpa prodibat in hunc modum: cancelli cōcionis tempore cortinis obducti, altare maius oculis eripiebant; diductis tum cortinis apparebat: Christi in eo crucifixi statua, panno atro obducta, ad ædituo reuelabatur, & ex Sacratio flagellantes prodibant in sua terga acriter sæuientes, quo tempore pueri è Collegio, in aræ maioris gradibus, genibus nixi, lugubri cantu hæc verba repetebant: mortem autem crucis; ac deinde misericordiam magnis vocibus populo conclamante inuocabant. Quibus expletis Gaspar è pulpito flendi finem & concionandi faciebat: qui verò se flagellarant, in domum nostram sese recipientes abluebantur & curabantur. Ea res erat insignis malleus peccatorum, quo durissima quæque corda contundebantur. Nec solùm, durante hæc quadragesimâ, sed toto anno perdurabant. Vbicumque enim erat Gaspar, pietatis exercitationibus efficiebat, vt non minùs religiosè reliquum

quum anni tempus, quàm apud pios Catholicos quadragesimale transigeretur. Et sanè hæc res tota Gasparis vita, non sine incremento in singulos dies maiore, perseveravit: & quidquid etiamnum ei⁹ rei tota India superest, vestigium est primæ illius poenitentiaæ feruoris. Sed ad aliud simile, fructu etiam maius, Gasparis institutum veniamus.

CAPVT XII.

Institutionis cuiusdam Sodalitij fructus ingens.

SI omnia quæcumque fecit Gaspar, ad proximi salutem propè innumera inter se comparentur, non satis scio, an quicquam simile huic, quod sequitur, possit reperiri: Habebant Goæ, vt ex initio huius historiae constat, sacrum vnum è Sodalitio D. Vrsulæ Cranium; illudque in India Dominus multis rebus admirabilibus honorat. Itaque iam Gaspar antequam iret Armuziam, omninò cupiebat aliquid ad illius sacri pignoris cellum

P s lebr-